Quelle: http://manuscripta.at/?ID=818
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

fabula. in dalecius. item cecilius. eli
berri. estacius. carcese. eufrasius. eli
curgi quieuerunt. Apud insulam
chium. nat. sci ysidori mris. Lam
mosacum. passio scorum Petri et andree.
Pauli et dyonisie. xvij. kl. Junij.
c. kln. Apud ysauriam nat.
scorum Aquilini et Victoriani quorum
gesta habentur. Antisiodoro passio sci
Peregrini epi primi ciuitatis ipius
et sce Maxime virginis. que multis
clara virtutibus in pace quieuit. In
sardinia nat. Simplicij presbri et
sce Eosile (?) et scorum Diocleciani et
Florencij. Iuxta casine. deposicio
fauoli (?) presbri et confessoris. Inat. p.
d. xvi. kln. Junij. xv. In tus
cia sci Torpetis mris sub Nerone
principe. Hic magnus in officio ne
ronis fuit. et a beato antonino pres
bitero baptizatus et in fide xpi eru
ditus est. Hunc Nero cum cogno
uisset esse xpianum tradidit cuidam
propinquo suo satellico ut impel
leret eum sacrificare. Sed cum spiritu
dei confortatus verbis minis et inmobilis
permaneret. fecit eum satellicus alapis
cedi et ligatum ad columpnam tamdiu
verberibus affici quousque sanguis
guttatim de corpore ipsius deflueret. Sed

subito dum cederetur columpna cadens
oppressit iudicem et alios cum eo. Inde ten
tus a ministris positus est in rota.
inde feris obiectus a filio satellici no
mine silino. Sed minime ab hijs est
lesus. Post hec iubente silino fo
ras ciuitatem pisinam ductus decol
lacione capitis martirium suum com
pleuit. iiij. kln. Maij. Huius corpus
ministri sceleris imposuerunt pe
ne fracte et cariose naui cum quo simul
canem et gallum posuerunt in decur
sum fluminis. Apparens autem an
gelus dni cuidam venerabili femi
ne cuius nomen Celerina monuit
ut perquireret sci mris corpus et
sepeliret. Quod inuentum cum omni
reuerencia sepeliuit et de facultatibus
suis cessante persecucione ecclesiam
super construxit. Agitur festiuitas
mris et conuentus ciuium. xvi. kln.
Junij. In alexandria nat. Adrio
nis. Victoris. et Basille. iiij.
e. xv. kln. Junij. Apud egyp
tum sci Dioscori lectoris in quem
preses multa et uaria tormenta
exercuit. ita ut vngues eius effo
derentur et lampadibus eius latera in
flammarentur. Sed celestis lucis fulge
tenti (?) cadunt ministri. Nouis